obligado al Rey, (7) por razon que ouieſſe tenido, o tuuieſſe, ſus cilleros, o ſus heredades, o otras rentas, de que le ouieſſe a dar cuenta. Otroſi non puede ſer Guardador de huerfano el Cauallero, mientra biuiere fuera de ſu caſa, firuiendo al Rey, o a otro ſu Señor, en ſeruicio de Cavalleria. (8) Otroſi, el que fueſſe mudo, o ſordo, (9) non puede ſer Guardador de moços; nin el que fueſſe ocaſionado, (10) o embargado de ſu perſona, o en otra manera, de guiſa que non pudieſſe (11) entender, nin trabajarſe, en pro dellos.

LEY XV.

En que manera deuen los Guardadores aliñar, e guardar, los bienes de los Huerfanos.

ALiñar, e endereçar los bienes de los huerfanos que ouieren en guarda, deuen los Guardadores, en eſta manera. Ca luego, ante que otra coſa fagan, (1) deuen fazer eſcrito de todos los bienes (2) de los moços, con otorgamiento del Juez del logar; (3) e ſea fecho por mano de alguno de los Eſcriuanos publicos. E a eſte eſcrito atal llaman en latin, Inuentarium. E en tal eſcritura como eſta deuen ſer traſladados (4) todos los preuillejos, e las cartas, de las heredades (5) de los moços. E ſi el

Guaʒʒer de tutelis 2ª pte. c. 1. per tot. Molina disp. 223. conº 10.

firmatione, & non eſt propriè tutela teſtamentaria: neque plenè creditur teſtatori, ſed aliqualis cauſa: cognitio requiritur, ut habetur *in leg. confirmando, ff. de confir. tut. & in leg. 1. & leg. mater, C. de teſtam. tutel.* ita ſingulariter limitat Angel. *in dicta authent. minoris*, quod eſt bene menti tenendum.

(7) *Obligado al Rey.* Concordat *cum leg. pen.* & ibi gloſſ. *ff. de confir. tuto.* & *L. fin. C. qui pet. tutor.* ubi gloſſ. hoc intelligit de colono privatæ rei Principis: nam conductor prædii fiſcalis non removeretur à tutela per *leg. coloni, C. de excuſa. tuto.* ſed adverte, quia iſtæ LL. partitarum communiter accipiunt, & promiſcuè res privatas, & fiſcales, cùm de eis loquuntur: & eadem ratio militat in utriuſque, ſaltim in caſu iſto propter damnum pupilli, ſi res tutoris obnoxiæ eſſent Regi, vel fiſco Regis, ut tradit gloſſ. *in dict. leg. pen.* unde indiſtinctè intelligerem iſtam L. & *ad iſtam leg. coloni*, poteſt reſponderi, quòd procedat, quando conductor prædii fiſcalis, vel patrimonialis, nihil ex hoc deberet fiſco, vel Regi: & non aliàs, quod etiam hic videtur probari, cùm inferius dicitur: *de que ouieſſe a dar cuenta.* Quid autem de conducente vectigalia poſt aſſumptam tutelam? Vide *in leg. 1. C. ne tut. vel curat. vectiga. conducat.*

(8) *En ſervicio de cavalleria.* Concordat *cum leg. militiæ armatæ, C. qui dar. tut. poſſ.*

(9) *Mudo, o ſordo.* Adde L. 4. *ſupra eod.* & L. 1. §§. 1. 2. & 3. *ff. de tutel. & L. pen. & fin. ff. de legit. tutor.* ubi de ſurdo minus audiente.

(10) *Ocaſionado.* Adde *L. luminibus captum, C. qui dar. tut. poſſ. & LL. 1. & 2. C. qui morb. ſe excuſ. lib. 10. & in §. item propter adverſam valetudinem, inſt. de excuſa. tuto.*

(11) *De guiſa que non pudieſſe.* Not. hoc verbum, & intellige de morbo perpetuo: nam in temporali, interim daretur curator, ſecundum gloſſ. *in dict. §. item propter adverſam valetudinem.*

LEX XV.

Tutor ante omnia conficiat inventarium de rebus pupilli, in quo contineantur ejus privilegia, & inſtrumenta debitorum manu Notarii cum Judicis autoritate, alias à tutela ut ſuſpectus removebitur, niſi juſtam cauſam oſtendat impedimenti, item debet fulcire domus, colere prædia, & paſcere pecora. Hoc dicit.

(1) *Luego ante que otra coſa fagan.* Sed an poterit tutori, ſeu curatori decerni adminiſtratio per Judicem: antequam inventarium faciat? Bart. dicit, *quòn non in L. legitimos, in fin. principii, ff. de legiti. tuto.* ubi dicit, quòd licèt gloſſ. ibi ponat decretum pro primo tamen eſt ultimum: debet enim tutor prius facere inventarium, quàm ei tutelæ adminiſtratio concedatur, *allegat. L. final. in fin. C. arbit. tute.* vel ſaltim dicit, quòd debet fieri in ipſo actu, quo decretum interponitur, ut *in authent. ut hi qui obliga. ſe perhib. habe. res mino. §. fin. L. tamen tutores, C. de adminiſtra. tuto.* dicit, quòd tutores mox cum fuerint ordinati faciant inventarium, & ibi Salic. exponit, quòd intelligatur illud verbum ordinati. i. decreti hoc etiam videmus fieri in practica: nam decernitur tutela, vel cura verbaliter per Judicem, & poſtea fit inventarium, & *L. fin. C. de arbit. tute.* non obſtat: quia non prohibet adminiſtrationem per Judicem verbaliter decerni: ſed ipſa realis adminiſtratio prohibetur ante confectionem inventarii.

(2) *Eſcrito de todos los bienes.* Concord. *cum dict. L. tutores, C. de adminiſt. tuto. & cum L. fin. C. arbit. tute. & L. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtr. tuto. & L. 1. §. ſolent, ff. de offic. præfect. urb.* & debet fieri, quamprimum tutor poſsit, ut ſupra dixi, & habetur *in dict. L. tutores*, ubi Gloſſ. & Docto. & not. quòd ſi tutor non faciat inventarium pertinaciter eſt ponendus in vinculis *L. 2. §. tutores*, & ibi Bar. *ff. de ſuſpect. tuto.* & ſi unus ex pluribus tutoribus fecit inventarium, an teneatur illud oſtendere, vel communicare alteri contutori, vide Bart. quòd non *in L. actus, ff. de adminiſtra. tuto.* quærit etiam Bal. *in dict. §. ſolent.* Quid ſi tutor non fecit inventarium tempore quo tutelam acceptavit, ſed poſtea ex intervallo, an poſsit ei de hoc opponi, ſi vult agere, vel adminiſtrare? Et tenet quòd non, referens diſputationem Franciſc. de Scaliſ. vide ibi per eum, & per Salicet. *in dict. L. tutores, colum. 1. verſic. quæro 4.* & vide etiam quod in hoc notant Bart. & Alberic. *in L. final. C. de aliment. pupil. præst.* & Angel. *in dict. L. tutores*, ubi vide, an ſufficiat Judici oſtendere inventarium, licèt reo cum quo tutor litigat non exhibeatur.

(3) *Con otorgamiento del Juez del logar.* Approbat. opinionem gloſſ. *in dict. L. tutor qui repertorium, in princ.* ubi Bal. *col. 2. verſic. quæro*, utrum dicit, quòd quantum ad tutorem ſufficit fieri extra judicium: ſed quantum ad hoc quòd inventarium faciat fidem contra debitores, quorum nomina in inventario ſcribuntur, requiritur, quòd faciat coram Judice, *L. chirographis, ff. de adminiſtra. tuto.* & ita intellige iſtam leg. partitarum, & adde quæ dixi *in L. 99. tit. 18. 3. part.*

(4) *Traſladados.* Adde *dict. leg. tutores, C. de adminiſtra. tuto.* ubi Salic. *col. 2. verſic. 7. quæro*, declarat hoc, quòd ut tutor gerere, ſeu adminiſtrare poſsit, non requiritur iſta deſcriptio inſtrumentorum, de verbo ad verbum inventario, ſed ſufficit, quòd ſummam, & effectum inſtrumenti ponat: ſed quantum ad hoc ut ſi periret inſtrumentum, poſsit probari per inventarium, eſt neceſſe totum inſtrumentum in inventario deſcribi, & debent citari illi quibus præjudicari poſsit, & vide per Bar. *in dict. leg. tutor qui repertorium, col. 3.* ubi dicit ita obſervari.

(5) *De las heredades.* Idem dic de nominibus debitorum: inſtrumenta tamen per quæ probatur pupillum debitorem eſſe, non ſunt ponenda, licèt poſſet tutor ſi vellet, ſecundum Salic. poſt Bart. *in dict. leg. tutores*, ubi Salic. *verſic. quæro 7.*

el Guardador non fiziere tal eſcrito como eſte, puede toller (6) el Juez del logar la guarda de los huerfanos, e de ſus bienes, como a ome ſoſpechoſo. Pero ſi el Guardador moſtraſſe razon derecha (7) por que non pudo fazer el inuentario, non le deuen deſapoderar de los huerfanos, nin de ſus bienes. Mas deuenle mandar, que faga luego el inuentario ſin alongamiento ninguno. E deſpues que eſto ouiere fecho, deuen los Guardadores endereçar las caſas (8) del huerfano, que non cayan, e fazer labrar las heredades, e criar los ganados, que fallaren en los bienes del finado. E eſto deuen fazer a buena fe, (9) e lealmente.

LEY XVI.

Como los Guardadores deuen fazer aprender a los Huerfanos, leer, e eſcreuir.

TRabajarſe deue el Guardador, de fazer al moço que touiere en guarda, que aprenda buenas maneras; (1) e de ſi, deuele fazer aprender, leer, e eſcriuir; (2) e deſpues deſto, deuel poner, que aprenda, e vſe aquel meneſter, (3) que mas le conuiniere, ſegun ſu natura, e la riqueza, e el poder que ouiere. E deue guardarlo, e penſar del, dandole de comer, e de veſtir, e de las otras coſas que meneſter le fueren, ſegun entendiere que lo deue fazer; catando (4) todauia que lo faga ſegund los bienes que reſcibio del.

LEY XVII.

Como el Guardador deue demandar, e reſponder por el Huerfano, en Juyzio.

EL guardador en nome del huerfano deue demandar, e defender, (1) el derecho del en todo pleyto, quel mouieſſe, o le fueſſe mouido en juyzio. E ſi fueren los Guardadores dos, o mas, cada vno dellos (2) puede eſto fazer, maguer el otro non eſtuuieſſe delante; ſeyendo

Sanchez de Matrimonio lib. 6. disput. 38. n. 36.

(6) *Toller.* Concord. *cum L. fin. ad fin. C. arbi. tute. & dict. leg. 1. §. ſolent*, & ibi Bal. *de officio præfect. urb.*

(7) *Razon derecha.* Concord. *cum dict. leg. tutor qui repertorium, in princ. ff. de adminiſt. tut.* & vide ibi per Bart. *col. pen. verſic. venio ad ſecundam partem.*

(8) *Endereçar las coſas.* Vide *L. conſilio, in princ. ff. de curato. furioſ. & lex qui tutores, C. de adminiſtra. tuto. & L. à tutoribus, in princ. ff. eod.* & vid. Joan. de Pla. *in L. 2. C. de condit. in public. bo. lib. 10.* & ibi etiam per eum, quòd debet tutor reparare ſata tecta: ne frumentum pupilli pluviis corrumpatur, & ibidem quòd non excuſatur, & ſi poſuerit factorem communi opinione reputatum fidelem, & diligentem.

(9) *A buena fe.* Adde *dict. leg. à tutoribus, in princ. ff. de adminiſt. tuto.* & quid ſi tutor patruus pupilli, qui communem turrim cum fratre ſuo inchoaverat, altius elevavit de bonis ſuis, & pupilli motus: quia vicinus invidus ſuam turrem illi oppoſitam altius elevaverat, an poſsit pupillus factus adultus, vel ejus hæres tales impenſas repetere? Joan. Andr. *in additio. ad Spec. tit. de judic. §. 2. col. 8. ad fin.* additionis magnæ referens quæſtionem pilei, dicit, quòd tutor qui bona fide opus inchoatum à patre pupilli perfecit, non tenetur cum pupilli honorem tueri debuerit, arg. *L. cum plures, §. 2. ff. de adminiſt. tuto.* quòd eſt notandum. Adverte etiam quòd tutor, vel curator non tenetur conſervare frumentum, vel vinum minoris, in tempus cariſtiæ: ſed poteſt vendere occurrenti, & communi pretio, neque tenetur mittere in alium locum, *L. fin. §. fin.* & ibi Bar. *C. de adminiſt. tuto.* quòd Salic. ibi dicit cordi tenendum, & debet ſecundum eum tutor in rationibus ſuis ponere tempus venditionis: alias in ejus præjudicium inſpiceretur tempus, quo plurimum illo menſe, vel anno valuit. Et an teneatur dare pecuniam minoris ad licitum quæſtum? Vide Bar. & Paul. *in L. Divus Severus, ff. ad leg. falcid.* & vide *L. tutor qui repertorium, §. ſi poſt depoſitionem, ff. de admin. tuto.* debet etiam tutor facere quidquid poteſt: ne pupillus incidat in pœnam contractus, vide Bald. *in leg. an tibi, C. de in litem dand. tuto.* & an teneatur tutor de fructibus percipiendis, & ita contra, cùm poſsit formari libellus, vide Bart. *in leg. ſi ſine, §. modeſtinus, ff. de adminiſtr. tuto.* & an imputetur tutori damnum contingens in re pignorata? Vide *L. Titium, §. Lucius, ff. de adminiſtr. tutor.* & quam diligentiam teneatur præſtare tutor. vide gloſſ. *in leg. pen. ff. de eo qui pro tuto.* & ibi Nichol. de Neapol.

LEX XVI.

Tutor faciat pupillum legere, & ſcribere, deinde in artificio congruo imbui, alimentetque eum facultatibus conſideratis. Hoc dicit. Habuit originem à *leg. cùm plures, §. tutor, ff. de adminiſtr. tuto.*

(1) *Buenas maneras.* Concordat *cum leg. cum plures, §. cum tutor. ff. de adminiſt. tuto.*

(2) *Leer e eſcriuir.* Adde *L. qui filium, ff. ubi pupil. educar. debet, & eod. tit. L. jus alimentorum, verſic. item ad inſtructionem*, & vide *in dict. leg. qui filium*, gloſſ. quòd mulieres olim addiſcebant grammaticam, & vide quæ dicit ibi Alberic. ubi dicit ſe audiviſſe de filia Accurſii, quòd regebat jura Bononiæ.

(3) *Aquel meneſter.* Vide *in dict. verſic. item ad inſtructionem.*

(4) *Catando.* Adde *L. jus alimentorum, & L. officio, ff. ubi pupil. educa. debe. & L. 3. §. tutor. ff. de ſuſpect. tuto. & C. de alimen. pupil. præſtan. LL. 1. & 2.*

LEX XVII.

Poteſt tutor agere, & defendere nomine pupilli per ſe, ſi eſt pupillus minor ſeptenio: ſi major, poteſt intereſſe præſente tutore, & authorizante. Item pupillo abſente à loco poteſt adeſſe tutor. Et ſi ſunt plures tutores, quilibet poteſt agere, & defendere inſolidum. Item ſententia contra tutorem lata mandatur executioni contra bona pupilli, non contra ſua, item contractus cum pupillo ſine tutoris auctoritate factus tenet in ejus commodum: ſed non in ejus damnum, & tutor dans auctoritatem in talibus faciat per ſe, non per mandatum, vel litteram aliàs, nihil agit. Hoc dicit.

(1) *Demandar, e defender.* Concordat *cum leg. generaliter, & L. tutoris præcipuum, ff. de adminiſt. tuto. & L. eum qui, C. de procurat. & L. fin. in princ. C. de adminiſt. tutor.*

(2) *Cada vno dellos.* Concordat *cum leg. 1. & 2. C. ſi unus ex plurib. tuto. vel cura. & L. 3. §. 1. & L. decreto, §. fin. ff. de adminiſt. tutor.* Quid autem ſi omnes velint agere, vel conveniri? gloſſ. *in dict. leg. 1.* dicit, quòd poſſunt, & debent admitti. Salic. ibi dicit, quòd ſi agant omnes admittuntur uno, & eodem libello, non diverſis: quia omnium intereſt ratione officii, & communis periculi: ſi verò conveniantur, diſtinguit, aut pupillus eſt conventus, & ſi omnes volunt, defenſionem ſuſcipere poſſunt, L. 1. §. *ſufficit, ff. de adminiſt. tutor.* aut pupillus non convenitur: ſed tutor nomine pupilli, & tunc illo invito alii non poſſunt defenſionem ſuſcipere, poſſunt tamen aſsiſtere cauſæ: ne

do el moço menor de ſiete años, o ſi fueſſe mayor, e non eſtuuieſſe preſente en el lugar; mas ſi fueſſe mayor de ſiete años, (3) eſtonce puede el moço mouer el pleyto, con otorgamiento de ſu Guardador, o el Guardador en nome del huerfano, ſeyendo amos delante: e ſi ſentencia fueſſe dada ſobre tales pleytos contra el Guardador, non deuen fazer entrega por ende en los ſus bienes, (4) mas en los del moço que touieſſe en guarda. Otroſi dezimos, que el moço non puede fazer pleyto, nin poſtura, con otro ninguno, en que obligue ninguna coſa de ſus bienes, a menos de otorgamiento de ſu Guardador; (5) e ſi lo fiziere a daño de ſi, non deue valer. Pero ſi otro alguno fiziere pleyto con el, vendiendole, o obligandole a alguna coſa, que fueſſe a pro del moço, (6) valdria el pleyto que deſta guiſa fueſſe fecho. E el otorgamiento que el Guardador fiziere en nome del en juyzio, o fuera del juyzio, deuelo fazer por ſi, e non por mandadero, nin por carta: (7) ca ſi de otra guiſa lo fizieſſe, non valdria.

LEY XVIII.

Que los Guardadores non deuen enagenar los bienes de los Huerfanos.

NOn deuen los Guardadores dar, nin vender, nin enagenar ninguna de las coſas del huerfano, que ſea raiz. (1) Fueras ende, ſi lo fiziere alguno por pagar las debdas (2) que ouieſſe dexado el padre del huerfano, o por caſar (3) alguna de las hermanas del moço,

ne collaudatur, vide ibi per eum, qui reſpondet ad *leg. ne in plures, ff. de exercito.* Cyn. ibi, & Angel. & Bart. *in dict. leg. decreto, §. fin.* volunt, quod ad petitionem adverſarii per *dict. leg. ne in plures*, judex eligat idoneiorem, & alii poterunt aſsiſtere, & quælibet practica videtur bona.

(3) *Mayor de ſiete años.* Concordat *cum leg.* 1. *§. ſufficit, ff. de adminiſt. tuto.* ubi vide per gloſſ. & Bart. Quid autem ſi ſit adultus? Et tunc videtur notari differentia inter pupillum, & adultum: ut in adulto ſit in electione volentis eum convenire, utrum conveniat adultum vel curatorem? Ita videtur probari *in dict. §. ſufficit, verſic. in cauſis*, tamen quam differentiam gloſſ. ibi reprobat, quæ gloſſ. ſecundum Jacob. de Aret. & Alberic. ibi poteſt procedere, quando unus non habet meliorem notitiam facti, quàm alius: ſed ſi curator ſcit veritatem melius non poſſet reſpondere adultus, neque è contrariò, & iſto caſu practicetur talis differentiam inter pupillum, & adultum.

(4) *En los ſus bienes.* Concordat *cum leg.* 2. *ff. de adminiſt. tuto. & ff. de re judic. L.* 4. *verſ. tutor quoque, & L.* 1. *C. quando ex fact. tuto.*

(5) *Otorgamiento de ſu guardador.* Concordat *cum leg. obligari, in princ. ff. de auto. tuto. & inſt. eod. in princ.* de confeſsione verò in cauſa civili, vel criminali, vide L. *certum, §. in pupillo, ff. de confeſ. & in leg. clarum, C. de auto. præſt.* & tenetur tutor ſi non fuerit utiliter autoratus, *L. ſi ad pupillum, ff. de auto. tuto.* & vide *L. eum qui*, & ibi Bald. *C. arbit. tutel.* & an cùm minor reſpondet de veritate exigatur tutoris auctoritas, vel curatoris? Vide Abb. *in cap. pen. col.* 4. *de jurament. calu.* & Bald. *in dict. authent. Sacramenta puberum, ad fin.* 3. *col. C. ſi adver. vendi.* & Bald. *in leg.* 2. *§. quod obſervari, colum.* 2. *C. de jura calu.* & an debeat iſta auctoritas intervenire in venditione rerum minoris, quæ fit per creditores, vide Bald. *in leg. fin. C. ſi propter publ. penſita.* ubi tenet, quòd non: ſed ſolùm in cauſæ cognitione, & venditione citandus eſt.

(6) *A pro del moço.* Concordat *cum dict. leg. obligari, & inſtit. de auto. tuto. in princ.* & ſic claudicat hic contractus.

(1) *Non por mandadero, nin por carta.* Concordat *cum §. fin. inſtit. de auctorit. tutor. &* L. 1. *§. fin. ff. eod.* ubi etiam probatur, quòd verbis debet autorare, quod intellige, ut per Bald. *in leg. mandatum, col.* 1. *C. manda.* in actionibus expreſsis: ſecùs in tacitis, & vide per eundem Bald. *in leg. quæcumque, & in leg. cum non ſolùm, §. neceſsitate, col. pen. C. de bonis, quæ libe.* Et an poſsit interponi ex intervalo? Text. quòd non, ſed ſtatim dicit eſſe interponendam, *L. obligari, §. tutor. ff. eod.* & ibi etiam, quòd non per epiſtolam, & ibi vide Bart. & Bald. *in leg.* 1. *C. ſi ſeru. extero.* Et de prælato, an poſsit auctoritatem interponere ex intervallo? Vide per Abb. *in cap. edoceri, col. fin. de reſcrip.* & vide, quæ non idem Abb. *in cap. cum vos, de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap.* Et quid de juſſo conſilio, vel mandato conſenſu, & decreto judicis, an interponantur ex intervallo? Adde Bald. *in cap. ſi quis miles, de feud. ſine culpa non amit.* Et an dans conſilium, videatur interponere auctoritatem ſuam, vide Abb. *in cap. dilecti, de arbit. col.* 3. *&* 4. & vide in iſta materia notabiliter per Socin. 1. *vol. conſil.* 15. *col.* 15. *& eod. vol. conſil.* 87. *col.* 1. *&* 2. *& conſil.* 153. *in princ. in* 2. *vol. & conſil.* 160. *col.* 5. *& conſil.* 23. 4. *vol.* ubi multa notabilia in iſta materia videbis.

LEX XVIII.

Non poteſt tutor rem pupilli immobilem niſi ex neceſſaria cauſa debiti paterni, vel dotis ſororis pupilli: aut ad ejus matrimonium copulandum alienare: & tunc facit cum judicis decreto: nec aliqualiter domum paternam, aut avitinam diſtrahat: nec ſervos ab antiquo ſervientes. Hoc dicit.

(1) *Que ſea raiz.* Vide *ff. de reb. eo. per totum, & C. de præd. mino. per totum*, ſic neque jus ad rem immobilem poteſt alienari ſine decreto, ut *in leg. ſi ad reſolvendam*, & ibi Bald. *C. de præd. mino.* gloſſ. & Doctor. *in leg.* 1. *C. ſi adver. tranſact.* & vide quod per illam leg. *ſi ad reſolvendam*, dicit Joan. And. *in addit. ad Specul. in rub. de pact.* Et quid ſi cedatur actio competens ad rem immobilem, vel ad centum alternativè? Vide per Bart. & Ang. *in leg. ſi ſic, §. ſi quis ita, in fin. ff. de leg.* 1. quod pendebit ex futuro eventu, de eo quod ſolvit debitor. Et quid ſi pupillus ſolùm habeat poſſeſsionem? Vide Nicho. de Neapo. *in leg. magis puto, §. ſi pupillus, ff. de reb. eorum.*

(2) *Las debdas.* Adde L. 60. *tit.* 18. 3. *part. & L.* 4. *tit.* 5. 5. *part.* & quæ ibi dixi.

(3) *Caſar.* Concordat *cum leg. cum plures, §. cum tutor. ff. de adminiſt. tutor.* per quam hoc limitatur, ut intelligatur de ſorore pupilli ex eodem patre nata, ubi gloſſ. & Bar. ita tenent: tenet etiam Bald. *in leg. neque mater, in* 2. *lectur. C. de jure dot.* ubi dicit, quòd ſororem ſibi adhærentem per matrem non tenetur dotare, adde etiam gloſſ. & ibi Salic. *in leg. non omni, C. de adminiſt. tutor.* & benefacit *L. qui filium, ff. ubi pupil. educ. deb.* & gloſſ. *in dict. §. cum tutor.* & Doctor. dicunt procedere, quando ſoror eſt inops, & ſic velle videntur, quòd ſi non ſit ſoror ex eodem patre, licèt ſit ſoror ex parte matris, & talis ſoror ſit inops, quòd non teneatur frater illam dotare, quod etiam clarè firmat Azo. *C. de adminiſt. tutor. in ſumm. col.* 4. *verſic. item dotem*, contra quod fortiter facit, quia teneretur tali ſorori ad alimenta, L. *tutor ſecundum dignitatem, §. in ſolvendis, ff. de adminiſt. tutor. L.* 1. *circa princ. ff. de tutel. & ratio. diſ.* gloſſ. & Bar. in leg.

Vide Leg. 60. tit. 18 p. 3. et L. tit. 5. p. 5. hanc leg. 18. optime explicat Gutierr. de tutelis 2. pte. c. 5. per tot.

ço, o por caſamiento del miſmo, (4) o por otra razon derecha (5) que le ovieſſe de fazer, non lo podiendo eſcuſar (6) en ninguna manera. E aun eſtonce non lo puede fazer ſin otorgamiento del Jugdador: e el Juez le deue otorgar, ſi entendiere que tal enagenamiento ſe faze por alguna de las razones ſobredichas. Pero non deue conſentir que la caſa que fue del padre, o del auuelo del huerfano, en que el naſcio, (7) ſe enagene en ninguna manera, podiendolo eſcuſar. Otroſi non deuen vender, nin enagenar los ſieruos, (8) que luengamente ouieſſen eſtado en caſa del padre: porque eſtos atales ſuelen ſer prouechoſos en la caſa, e ſon ſabidores de los bienes del finado; mas los otros que entendieſſe que podrian ſer dañoſos, bien los puede vender, e el precio dellos deuelo meter en pro del huerfano.

LEY XIX.

En que lugar deue ſer criado el Huerfano, e con quien.

CRriarſe deue el huerfano en aquel lugar, e con aquellas perſonas, que mando el padre, (1) o el auuelo, en ſu teſtamento. E ſi por auentura, en el teſtamento de ninguno dellos non fueſſe eſto pueſto, eſtonce, el Juez del lugar deue catar con grand femencia, e eſcoger algund ome bueno, que ame la perſo-

leg. ſi quis à liberis, in princ. ff. de liber. agnoſc. Salic. *in leg.* 1. *C. de alen. liber.* Joan. de Imol. expreſsè loquens in ſorore uterina *in leg.* 1. *col.* 3. *ff. ſolut. matri.* & confirmatur, quia etiam frater naturalis inops alendus eſt à fratre, *authent. licèt, C. de natura. liber.* & valet argumentum, ſi tenetur alimentare: ergo, & dotare, ſecundum Jacob. de Aret. Petr. & Cin. & Bal. *in dict. leg. neque mater*, aliàs incipit, *mater, C. de jur. dot.* unde videretur, quòd teneatur eam dotare uſque ad condignam quantitatem ex qua poſsit alimentari: quidquid enim ex cauſa præcipitur, vel permittitur, ſive ob cauſam, debet ſecundum illam cauſam moderari, *L. Lucius, ff. de exerci.* idem etiam quod mater, quæ tenetur ad alimenta filiæ, teneatur illam dotare patre inopi exiſtenti tenet Bart. poſt Cin. & tenet etiam Bal. *in authent. res quæ, C. communia de legat.* unde etiam ſicut pater naturalis tenetur alere filiam inopem, ita tenetur eam dotare, *& L. uxorem, §. pater naturalis. ff. de legat.* 3. & debet intelligi in filia naturali, quæ non eſt inops, vel quæ ex honeſto exercitio poſſet ſibi dotem conſtituere, aliàs pater tenetur eam dotare, ſecundum Bald. *in dict. leg. mater*, de quo vide, quæ notat Bald. *novel in tractat. de dote, fol.* 12. *col.* 4. *in* 16. *ſpeciali*, Joan. de Imol. tamen *in leg.* 1. *ff. ſolut. matrim. col.* 3. dicit, quòd non videtur bona æquiparatio dotis ad alimenta, cùm faciliùs præſtentur alimenta, quæ minutatim præſtantur, quàm dos, quæ in magna quantitate præſtatur, & adducit de patre naturali, qui licèt teneatur alere filiam, non tamen dotare, ut *in dict. §. pater naturalis*, & quòd licèt filius teneatur alere matrem, & etiam ſororem uterinam, ut *in dict. leg. ſi quis à liberis*, tamen non tenetur dotare, ut *in dict. §. cum tutor.* illam etiam æquiparationem dotis ad alimenta impugnat Alex. *in dict. leg.* 1. *col.* 6. *ff. ſolut. matr.* Angel. etiam *in leg. à filia, in princ. ff. ad Trebel.* impugnat dictam æquiparationem, & dicit in terminis, & frater non tenetur dotare ſororem uterinam, licèt inopem, & iſta videtur magis communis concluſio ſaltèm in fratre reſpectu ſororis uterinæ, prout latè tradit Jaſon. *in dict. leg.* 1. *col.* 7. licèt in matre, & patre naturali Alex. ibi dicat, quòd tolerabile putat, quòd teneatur dotare dote, quæ ad alimenta ſufficiat, & non ultra, lex iſta partitarum non ſe limitat ad ſororem ex patre: ſed indiſtinctè loquitur, unde fortè ſororem inopem licèt uterinam, tantùm frater per iſtam legem tenebitur dotare uſque ad condignam quantitatem, ex qua poſsit alimentari, & ad *dict. §. cum tutor.* reſpondetur, quòd limitetur in tali ſorore inopi, vel quòd intelligatur de dote, quæ excederet condignam quantitatem uſque ad alimenta, & iſta videtur opinio æqua, & juridica propter auctoritatem Bart. & Bald. & ſequatium, qui utuntur iſto argumento de alimentis ad dotem: non tamen caret ſcrupulo, ideò tu latiùs cogita, & ſi velis tenere hoc, fortè eſſet limitandum, ut quando frater invitus iſto caſu cogeretur ad dotandum ſororem, mortua orore, dos redeat ad fratrem, juxta ea quæ not. Bald. *in leg. eam quam, col.* 10. *C. de fideicom.* & Bal. *novel. ubi ſupra*, poteſt etiam reſponderi, *ad dict. §. cum tutor.* cùm dicit ex eodem patre natam, quod ideò ita poſuit, quia officium paternum, & non maternum eſt dotare filiam, L. *qui liberos, ff. de ritu nupt.* L. 8. *tit.* 11. 4. *partit.* unde cùm detur caſus, quod mater dives teneatur, ut ſupra dixi, idem eſſet dicendum in fratre uterino. Et adde ad iſtam leg. quòd frater etiam Clericus tenetur dotare ſororem ex eodem patre natam, ſi ipſa non habet unde dotetur, ſecundum Ant. & Abb. *in cap. pervenit, de arbit.* ubi & plus vult Abb. quòd Clericus cum bona conſcientia poteſt dotare ſororem, vel conſanguineam inopem de redditibus Beneficii, vel Eccleſiæ.

(4) *Del miſmo.* Concordat *cum leg. L. quæ tutores, C. de adminiſt. tutor.* cùm gloſſ. ibi ſuper verbo, *vel in dotem*, & vide quod notat Bart. & Joan. de Imol. *in leg. ſi ante nuptias, ff. ſolut. matrim.* & Bart. *in leg. prædia, C. de præd. mino.* & quæ non. Bald. *in leg.* 1. *C. ſi adverſ. dot. & in leg. nulla, C. de jure dot.* & Bar. *in leg. ſi conſtante, in princ. col.* 13. *ff. ſolut. matrim.*

(5) *Derecha.* Caſus alios ponit gloſſ. *in leg. ob æs, C. de præd. min.* & alium caſum, ſcilicèt propter utilitatem minoris poſuit L. 4. *tit.* 5. *partit.* 5. & ibi dixi alium caſum ponit Bald. *novel. in tractat. de dot. fol.* 23. *col.* 3. *in* 61. ſpeciale, quando ſcilicèt minor alienaret ad redimendum à captivitate perſonam conjectam in caſu *authen. ſi captivi*, & in corpore unde ſumitur, *C. de Epiſc. & Cleric. & leg.* 6. *titul.* 7. *ſupra ead. part.* & adde alios caſus per Azo. *C. de adminiſtr. tuto. in ſumma, col. fin.*

(6) *Eſcuſar.* Debet ergò fieri cauſa cognita, ut *in leg. magis puto, §. non paſsim, ff. de reb. eod. & dict. L. ob æs, C. eod.* & tradit magiſtraliter Spec. *titul. de emption. & vendit. §. nunc dicendum reſtat, verſic. hoc quoque.*

(7) *Naſcio.* Concordat *cum leg.* L. *quæ tutores, C. de adminiſt. tutor.*

(8) *Los ſieruos.* Concordat *cum dict. leg. L. quæ tutores, verſic. ante omnia.*

LEX XIX.

Pupillus eſt alimentandus, ubi pater mandavit nutriendum, & ſi tacuit, faciat eum judex apud probum hominem ei ab inteſtato non ſucceſſurum nutriri, aut apud matrem dum caſta ſit, & non nupſerit, ſed ſi nupſerit, auferatur ei, quia novi amore mariti præſumitur in mortem ejus conſentire, ut ſuccedat ei. Hoc dicit.

(1) *El padre.* Nonnumquam tamen à voluntate patris, recedit prætor, *L.* 1. *in princ. ff. ubi pupil. educa. debe. L. quintus mutius, ff. de ann. lega.* & vide quod notat Bald. *in leg.* 1. *C. de confir. tutor.*

Circa dispositionem huiy leg. Vide Episcopum Rocca in dispu. select. volum. 2. cap. 162. per totum Moncalvus hic. Carden. de Luca de tutor. disc. 1. et 21. Bezzanus de viduis cap. 3. q. 20. et latius de Nuptiis cap. q. 11. Fragos. de regim. p. 1. lib. 5. disp. 15. Altimarus de nullit. to. 8. Rubr. 2. ex 3. q. unic. sect. 1. ubi plurimos citat Conducit eis Alvino in observ. ad concil. 21. Rovita t. 3. Sanchez de Matrimonio lib. 7. disput. 88. per tot. n. 16. Salas t. 5. tract. 28. disp. 1. Sabelli, plures citam tom. 3. lit.a ſ. §. 62. n.o 15. D. Valenzuela com. 36. per tot. citam alios plures. L. 6. tit. 16. lib. 5. Rec. Cast. et que ibi notavi, et ad verte quod Valenz.a loco citato ex n. 51. optime provat educationem non debere tene extra pupilli patriam, nec committendam forensi. Vide Mastrillo lib. 3. decis. 234. per tot. et conducit dec. 230.

ſona del huerfano, (2) e el prouecho del ; e que ſea atal, que muriendo el moço, non aya derecho de heredar (3) lo ſuyo : pero ſi ouieſſe madre, (4) que fueſſe muger de buena fama, bien le puede dar el fijo, que lo crie, e ella puedelo tener mientras mantouiere biudez, e non caſare. Mas luego que caſare, (5) deuen ſacar el huerfano de ſu poder : porque dixeron los Sabios, que la muger ſuele amar tanto (6) al nueuo marido, que non tan ſolamente le daria los bienes de ſus fijos ; mas aun, que conſintiera en la muerte dellos, por fazer plazer a ſu marido.

LEY XX.

Quando deuen dar al Huerfano de ſus bienes, para gouierno de ſi, e de ſu compaña.

Vela Dincext 1. n. 43. pag. 8.

GOuernados deuen ſer los huerfanos, de ſus bienes, en eſta manera. Ca deue el Juez del lugar eſtableſcer, ſegund ſu aluedrio, e la riqueza del moço, (1) cierta quantia de pan, e de vino, e de dinero, que les den cada año para ſu gouierno, e para ſu veſtir del, e de ſu compaña ; catando todauia, (2) que de la renta, e de los eſquilmos de los bienes del huerfano, ſalgan eſtas deſpenſas, e que todo lo al le finque en ſaluo, ſi ſe pudiere fazer. (3) Pero ſi el Guardador entendieſſe, que ſeria daño del moço, en deſcobrir la riqueza, o la pobreza del, e por eſta razon (4) le gouernaſſe de lo ſuyo, expendiendo por el tanto, quanto fueſſe guiſado, o poco mas, por eſta razon ; eſtonce dezimos, que lo puede fazer, e deuele deſpues el moço, quando fuere de edad, pagar todo lo que deſta manera ouieſſe deſpendido por el.

LEY XXI.

Faſta quanto tiempo deue durar la guarda, e el officio de los Guardadores de los Huerfanos: e como deuen dar cuenta de los bienes dellos.

DVrar deue (1) el oficio de los Guardadores, faſta que los huerfanos ſean de edad de catorze años, ſi fueren varones ; e ſi fueren mugeres, faſta que ſean de doze. Otroſi ſe

(2) *Del huerfano.* Adde *L. fin. C. ubi pupil. educa. debe. & L. ſi diſceptetur. ff. eod.* ubi quod cavendum ſit ne puella collocetur apud eum, cujus pudicitiæ inſidietur. Et quærit Bald. *in leg. 1. ff. eod.* an ſi aliqua pupilla ſit deſponſata, & eſt apud ſponſum : utrum prætor debeat eam alibi facere educare, & reſpondet, quòd aut pupilla eſt minor ſeptem annis, & tunc ſponſalia nihil operantur, ſi verò eſt major ſeptem annis, & tunc, aut eſt legitimè tradita ſponſo per patrem, vel legitimas perſonas, & tunc non debet auferri ſponſo: ſi autem non eſſet ei tradita per patrem, vel alias legitimas perſonas, tunc non debet apud eum educari: præſertim ſi matrimonium non ſit benè conveniens, & tandèm concluſivè dicit, quòd omnia iſta remanent in pectore boni viri, hoc eſt, judicis, & tradit etiam Alex. *conſil. 161. ſuper primo dubio, col. fin. 5. volum.* & vide Chriſoſtom. ſuper Matthe. *homil. 4.* dicentem, quòd hunc morem tenebat antiquitas, quod ſponſæ in ſponſorum domibus haberentur, vide per Bart. *in diſputa. ſua.* incipien. *quæritur utrum judex.*

(3) *De heredar.* Concordat *cum dict. leg. fin. & ff. eod. L. 1. & L. pen.* ſic etiam dicit Bald. *in cap. 1. qualiter debe. vaſſa. jur. domi. fidelita.* quòd domeſticæ perſonæ ſucceſsionem dominorum ſperantes ſuſpectæ ſunt ne vitæ ejus inſidientur : quæ tamen ſuſpicio purgatur per juramentum, ut notat gloſſ. ibi : nota tamen, quòd ſi ex aliis præſumptionibus contrariis tolleretur iſta ſuſpicio, poſſet judex : decernere pupillum educandum apud eum, qui ejus proximus ſucceſſor, ſit ut tradit Socin. *conſil. 193. circa primum quæſitum in 2. volum.*

(4) *Madre.* Nam educatio pupillorum, nulli magis, quàm matri committenda eſt, ut hic, & *in leg. 1. C. ubi pupil. educa. deb.*

(5) *Que caſare.* Adde *dict. leg. 1.* & tunc tàm ipſa, quàm vitricus reppelluntur ab educatione, quòd Bald. *in leg. omnem, C. ad Tertul.* intelligit, ſi apud magis idoneum pupillus poſsit alimentari, non aliàs : nam ubi pupillus educetur in arbitrio judicis eſt, & allegat *in authent. de nupt. §. ejus quoque Principis, colla. 4.* & idem vult Alberic. *in dict. leg. 1. in fin.* quod etiam ſi mater ſuperinduxit vitricum: ſi tamen ceſſat omnis ſuſpicio, ut quia non eſt ſucceſſura pupillo, quia habet ſubſtitutum, & eſt honeſtæ vitæ, & vitricus ſimiliter, quòd tunc ali poſſit penes matrem, in dubio tamen ſuſpecta eſt, & repellitur.

(6) *Amar tanto.* Adde *ſup. eod. L. 4.* & quæ ibi dixi, & vide, quæ notabiliter dicit Bald. *in leg. 1. col. fin. verſic. ultimo, quæritur, C. de leg. & in leg. 1. C. ubi pupil. educa. deb. & in leg. precibus, col. 6. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* ibi & hoc verum, niſi mater tranſeat ad ſecunda vota, nam tunc præſumitur ardere amore magis ad ſecundum virum, quàm ad filios, *C. de adminiſtr. tutor. L. neque tutores.*

LEX XX.

Taliter diſcernat judex alimenta pupillo : quòd ex fructibus, & reditibus patrimonii rebus ſalvis gubernetur : ſed ſi tutor eum de propriis alimentat, ne pupilli divitiæ manifeſtentur, ut non eveniat ei damnum, tenetur pupillus ſic expenſas ſolvere. Hoc dicit.

(1) *Del moço.* Concordat L. 2. *ff. ubi pupil. educ. deb. & C. de alimen. pupil. præſt. L. fin.* & modum patrimonii ſpectare debet judex : cùm alimenta decernit : & debet ſtatuere tam moderatè, ut non univerſum reditum patrimonii in alimenta decernat : ſed ſemper ita fiat, ut ex reditu aliquid ſuperſit L. *jus alimentorum, verſic. modum, ff. eod.* Sed quid ſi pupillus habet ita modicum patrimonium, quod redditus non ſufficiunt ad alimenta, numquid poterit tutor ponere manum ad proprietatem? Alberic. *in dict. leg. jus alimentorum*, dicit, quòd vidit multos, & magnos viros ſentire, quòd non, per illum verbum, ſed quòd potius tutor debet mittere pupillum ad mendicandum, ipſe tamen vult contrarium, maximè ubi pupillus eſſet nobilis, licèt pauper, & dicit de hoc videri textum expreſſum *in leg. 3. in princ. ff. de contra. judic. tutel.* vide ibi per eum.

(2) *Toda via.* Concordat *dict. L. jus alimentorum*, & vide quæ dixi in gloſſ. præcedenti.

(3) *Fazer.* Nota benè : nam facit pro dictis Alber. de quibus ſupra *in gloſſ. 1.*

(4) *Razon.* Vel alia, & idem crederem, ſi nulla cauſa adeſſet, ſed ex in Curia non adivit judicem pro taxatione alimentorum, & probari videtur *in leg. fin. C. de alimen. pupil. præſtan.*

LEX FINALIS.

Finitur tutela modo, & forma, & in caſibus in hac lege expreſsis. Hoc dicit.

(1) *Durar deue.* Concordat *inſtit. quibus mod. tutel. fin. in princ. & ſupra eod. L. 12.* & vide L. *ita autem, §. ſi tutor.* & ibi Bart. *ff. de adminiſtran. tutor.* & de tute-

ſe acaba tal guarda como eſta, por muerte, o por deſterramiento (2) del Guardador, o del huerfano. Eſſo miſmo ſeria, ſi tornaſſe en ſeruidumbre, (3) o catiuaſſen a qualquier dellos. E aun dezimos, que ſi alguno fueſſe dado por Guardador a tiempo cierto, o ſo condicion, que ſe acaba tal guarda, cumpliendoſe el tiempo, o falleſciendo la condicion. Otroſi dezimos, que ſe acabaria tal guarda como eſta, ſi porfijaſſen al huerfano, o al Guardador, ſeyendo de aquellos Guardadores que ſon llamados, legitimos. (4) E aun ſe acabaria, quando el Guardador ſe eſcuſaſſe de lo ſer, por alguna razon derecha ; o ſi le tiraſſen de la guarda por ſoſpechoſo. Pero en qualquier deſtas maneras ſobredichas que ſe acabe el oficio del Guardador, tenudo es luego, de dar buena cuenta, (5) e verdadera, de todos los bienes del huerfano, tambien mueble como raiz ; e entregarlo todo a el miſmo, e a ſu Guardador, que es llamado, Curator. E para eſto cumplir, es obligado, tambien el Guardador, como ſus fiadores, (6) e ſus herederos, (7) e todos ſus bienes, (8) al huerfano, e a ſus herederos.

Vela Dincext. 1. n. 12. pag. 8.

TITULO XVII.

Por que razones, los que ſon eſcogidos para Guardadores de los Huerfanos, ſe pueden eſcuſar que lo non ſean.

EScuſanſe los omes que ſon dados por Guardadores de los huerfanos, e de ſus bienes, poniendo razones ciertas ante ſi, e guiſadas, por que mueſtran, que non ſe han de trabajar de la guarda dellos. Onde, pues que en el Titulo ante deſte fablamos, de como tales Guardadores como eſtos deuen ſer eſcogidos. Queremos aqui contar las razones, por que ſe pueden eſcuſar de tal guarda, quando non la quieren fazer, o non pueden. E diremos, que coſa es tal eſcuſa como eſta. E que razones ſon aquellas, por que pueden eſto fazer. E ante quien. E en que manera. E faſta quanto tiempo puede aquel que es eſcogido por Guardador, poner tal eſcuſa como eſta.

LEY I.

Que coſa es Eſcuſança.

EScuſanza, tanto es (1) como moſtrar alguna razon derecha, en juizio, por que aquel que es dado por Guardador de algun huerfano, non es tenudo de recebir en guarda a el, nin a ſus bienes. Pero non ha por que moſtrar eſcuſança ninguna, el que es dado por Guardador de huerfano, ſeyendo el menor (2) de veinte, e cinco años : por que eſtos atales non lo pueden ſer, maguer quieran.

LEY II.

Que razones ſon aquellas por que ſe puede eſcuſar el que es Guardador de algun huerfano, que lo non ſea.

RAzones ciertas ſon, por que los omes ſe pueden eſcuſar, (1) que non ſean Guardadores de huerfanos. La primera es, quando aquel que es dado por Guardador, ha cinco (2) fijos naturales, e legitimos, biuos. Pero ſi alguno ouieſſe perdido de los cinco fijos vno, o

Tratat et A via possum excusari si velim, quam vis causam non habeam Gutierrez de Tutelis 1. pte. cap. 8. n.o 18. Molina Disput. 220. n.o 17.

tela Regis : an finiatur pubertate? Vide per Alberic. *in rubric. C. quando tuto. vel cura. eſſe deſi.* & quæ dixi *in leg. 3. tit. 15. 2. partit.*

(2) *Por muerte, o por deſterramiento.* Concor. *cum §. ſimili modo, inſt. quib. mod. tutel. fini.* & intellige *deſterramiento*, ex quo civitas amittitur, ut ibi, & quid ſi tutor banniatur? Vide Nicol. de Neapol. *in leg. ſi tutor. ff. de tutel. & ratio diſtr.* & vide L. *in locum*, & ibi Alber. *C. qui per tutor.* ubi concludit, quòd ſi ex banno civitatem amittat, deſinit eſſe tutor, ut *in §. ſed & capitis, inſtit. quib. mod. tutel. finitur*, quando autem civitas amittitur, vide *in §. minor. inſt. de cap. diminu.* & ſemper cautè advertas ad iſtas LL. partitarum cùm loquuntur per hoc verbum, *deſterramiento*, ut non ſemper intelligas de quolibet exilio à judice impoſito.

(3) *En ſeruidumbre.* Proſequitur quæ habentur *inſtit. quib. mod. tutel. fini.* & per Azo. *C. quando tuto. vel curat. eſſ. deſ. in ſumma.*

(4) *Legitimos.* Vide *ff. de cap. diminut. L. tutelas.*

(5) *Buena cuenta.* De hoc vide, *ff. de tutel. & ratio. diſ. per totum, & C. arbit. tutel. in ſumma*, per Azo. & ſi non reddit rationem, tenetur pœna, quaſi falſi, *L. 1. §. tutores*, & ibi Bart. *ff. de falſ.*

(6) *Fiadores.* Vide *ff. & C. de fidejuſſo. tuto. per totum.*

(7) *Herederos.* Vide *C. de hæredib. tut. per totum, & ff. de fidejuſſ. & hæred. tut.*

(8) *Sus bienes.* Nota ſingulariter, quòd etiam bona fidejuſſorum, & hæredum tutoris, ſunt tacitè obligata minori. Ad L. *fin. §. fin. in fin.* & ibi notat Bald. *C. de judic.* & ibi vide per Jaſ. quod intelligatur etiam de rebus propriis hæredum, licèt non benè ſe firmat : ſed ſatis probatur in iſta leg. partitarum, quam tene menti.

TITULUS DECIMUSSEPTIMUS.

De excuſatione tutorum.

LEX I.

Excuſatio eſt juſta cauſa quare non tenetur ſubire onus tutelæ aſsignare, ſed minor vigintiquinque annis non tenetur excuſationem ponere, quia ſi vellet, non admitteretur. Hoc dicit.

(1) *Tanto es.* Sequitur dicta Azo. *C. de excuſat. tuto. in ſumma.*

(2) *Menor.* Vide *inſtit. eod. §. minores autem.*

LEX II.

In hac lege ponuntur caſus, in quibus tutor poteſt excuſari à tutela, quos latè hic vide. Hoc dicit.

(1) *Se pueden eſcuſar.* Et quando quis vocatur ad iſta munera, debet uti remedio excuſationis, non appellationis, L. 1. §. 1. *ff. quando appel. ſit.* & ibi Bart. & quid ſi per malitiam ſine juſta cauſa ſe excuſet, an teneatur ad damnum interim contingens? Vide Joann. de Plat. *in rubr. C. de excuſ. mune. lib. 10.* dicentem, quòd *L. Imperatores, §. 1. ff. de appellat. LL. 1. 2. & 3. C. ſi ex fa. allega. tutor. excuſ.*, ſit licèt veram excuſationem quis habeat : ſi tamen veritati mendatio adjecto excuſatus fuerit, tunc propter vitium pronunciationis vacationem non habebit, L. *qui teſt. ff. de excuſa. tutor.* & Joan. de Plat. ubi ſupra.

(2) *Cinco fijos.* Concordat *inſtit. de excuſat. tuto. in princ.*